Quelle: https://manuscripta.at/?ID=708
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gratie perveniet. Unusquisque uero per cari-
tatem tunc a se ipso egreditur dum
proximo miseretur. De hoc ysa. xxx. egre-
dere dicens ei. Dabit pluuiam semi-
ni tuo ubicumque seminaueris in terra et panis
frugum terre erit uberrimus et pinguis.
Loquitur enim deus ad animam ut exeat
per caritatem ad proximum et promittit
ei habundanciam diuine remuneracionis
et ubertatem fructuum eterne fruicionis.
Exi ergo per caritatem non sicut coruus
qui egressus de archa illaqueatus est
cadauere per cupiditatem. ut habetur Gen.
viii. Et exi non sicut dina exiuit per
curiositatem uel superbiam ut uideret
mulieres regionis illius. Gen. xx-
xiiii. Et exire debes sed non sicut filius
prodigus de domo patris sui et substanciam
suam uiuendo luxuriose consumpsit per
carnis uoluptatem. De hoc quere Luc.
xv. Sed exi sicut exierunt filii israel
de egypto uictores ut iam non seruiant
pharaoni id est dyabolo in luto luxurie latere
auaricie palea superbie. ut habetur
exodi v. Exeamus ergo de omnibus hiis que
pertinent ad carnalem delectationem.
Primo propter timorem in fetoris. ysa.
lii. Recedite recedite exite inde
pollutum nolite tangere. exite de
medio eius id est a quo in corpore et in
anima polluí potestis. Secundo propter sapo-
rem eterne consolacionis. ysa. lxvi. Su-
per genua blandientur uobis et super
genua portabimini quomodo si cui mater
blandiatur ita ego consolabor uos.

et in ierusalem consolabimini. Nam quicquid hic
sustinemus propter deum dolorum uulnera-
tot sentimus in celesti ierusalem consola-
cionum gaudia. Ps. Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo consolaciones tue
letificauerunt animam meam. Tercio competit seminan-
ti labor continuus. per prime asperitatem
Non est cessat. seminans laborare in agro
a mane usque ad uesperam. Sic nos
ex quo usum discrecionis habemus usque
ad mortem facere primam. Ps. Exibit
homo ad opus suum et ad operationem suam usque
ad uesperam. Eccl. xi. Mane se-
mina semen tuum et uespere non cesset
manus tua quia nescis quid magis ori-
atur hoc an illud. Nescimus enim quando
apud quem deus est remuneraturus. Id
ad Gala. vi. Bonum facientes non
deficiamus tempore enim suo metemus
non deficientes. Non enim tempesta-
tibus aeris cedit. Eccl. xi. Qui
obseruat uentum non seminat et qui
considerat nubes numquam metet. Nos
uero uento temptacionum nubibus
aduersitatum exercitari in bono non
obmittamus. Sed boues iungamus
corpus scilicet et animam ut deo concor-
diter seruiant. et boues stimulo
regamus carnem laboret ne re-
calcitret animam dei timore ne lan-
gueat. Noli ergo esse remissus
uelut hii qui nolunt confiteri et
satisfacere nisi in periculo mortis
quorum stulticia multiplex est. Primo
quia tales tunc in medio spirituali

Labor continuari debet.

Stulticia multiplex est.